



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De alio daemone, qui contraria dicebat cap. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

IN ecclesia beati Petri in Colonia, cū femina quædam a Dæmone obsessa miserabiliter tormentaretur, contigit vt alia obsessa superueniret: mox ^{vi} a contra alteram cœpit insurgere, clamoribus & contumelijs sic se inuicem afficere, vt omnes miraremur. Damon dæmoni dicebat: Miser, vt quid consentiendo Lucifero, sic de gloria æterna ruimus. Ad quod alter respondit: Quare fecisti? Cumque adhuc quasi pœnitentia verba proferret, alter subiunxit: Tace, pœnitentia ista nimis est sera, redire non poteris. Vides quanta sit in illis obstinatio? Idem spiritus malignus, de reditu ad gloriam, sicut superior interrogatus, verbum sermoni eius valde contrarium audiente me respōdit: Si esset, inquit, columna ferrea & ignita, rasorijs & calamis acutissimis armata, a terra vsque ad cœlum erecta, vsque ad diem iudicij, etiam si carnem haberem, in qua pati possem, me per illam trahere vellem, nunc ascendendo, nunc descendendo, dummodo redire possem ad gloriã, in qua fui. **APOLLONIVS**: Quid est, quod tam contraria senserunt? **CÆSARIVS**: Damon superior, sciens propositionem sibi factam prorsus impossibilem, malitiam suam ostendit; iste, quātum boni perdidit, verbis quibus valuit declarauit. **APOLLONIVS**: Timent ne dæmones pœnã sibi preparatam? **CÆSARIVS**: Sentiunt & timent; hinc est quod omnes exorcismi, qui ad illorū nequitiam eneruandam fiunt, per ignem & extremum iudicium concluduntur. Quam parati sint ad nocendum hominibus, alijs tibi ostendam exemplis.

CAPVT XI.

*Dæmones quān-
sint para-
ti nocere
hominibus.
Mar. 16*

DV M Abbas noster anno præterito in monte sancti Saluatoris iuxta Aquasgrani Missam celebraret, finita missa oblata est mulier obsessa, super cuius caput cū legisset lectionem Euangelicam de ascensione, & ad illa verba: Super agros manus imponent, & bene habebunt, manum capiti eius imposuisset; dæmon vocem emisit tam horribilem, vt omnes terremur. Adjuratus vt exiret, respondit: Nondum